The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Humilitas ai

cum fontibus primis

Fode in te fundamentum humilitatis, et peruenies ad fastigium caritatis.	Hoc in te fodi fundamentum humilitatis, et pervenies ad fastigium charitatis. Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 69.3 (PL 38, col.442).
Vis capere celsitudinem Dei? Cape prius humilitatem Christi.	Vis capere celsitudinem Dei? Cape prius humilitatem Dei. Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 117.10 (PL 38, col.671).
Sola est uirtus humilitatis lese caritatis reparacio. Bernardus in epistolis.	Quod si meminimus in prima coniunctione, qua ex anima et carne compactus est homo, caritatem commendari, merito eminet humilitas in secunda, quia sola est virtus humilitatis laesae reparatio caritatis. Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in natiuitate Domini*, 2.6 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.256, ll.11-14).